



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel  
spiritus sanctus. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

stantiis, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis neque immixtis sicut Thimotiani volunt, sed societate unitis. Ecce habes quare filius non pater, vel spiritus sanctus carnem assumerit.

*Utrum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari, vel possit.*

Sivero queritur, Utrum pater vel spiritus S. incarnari potuerit, vel etiam modo possit. Sane responderi possit, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri, tam patrem, quam Spiritum sanctum. Sicut n. filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit & potest.

*An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus.* D

*Aug. de Trinitate. l. 13. c. 11. in fine.*

Sed forte aliqui dicent, Cum indiuisa sint opera Trinit. si filius carnem assumpsit, tunc pater & spiritus S. qui si filius carnem assumpsit, nec hoc fecit pater, vel spiritus S. non omne quod facit filius, facit & pater, & spiritus sanctus. At omnia simul pater & filius, & amborum spiritus pariter & concorditer operantur. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horum trium operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, non pater vel Sp. S. carnem assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionem Trinitas operata est, sicut Aug. dicit in li. ad Petrum. Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem, sed non soli filio secundum Deitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum verbum carnem ipsa Trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed verbo, non patri vel spiritui S. Si enim pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset, iam non eadem esset operatio vtriusque, sed diuisa. Sed sicut inseparabilis & indiuisa est vnitas substantiæ trium, vt ait Aug. in lib. de Trinit. ita & operatio, non tamē eandem Trinitatem natā de virgine,

*Aug. c. 2. in fine, in tom. 3.*

*1. de Trin. c. 4. in princ.*

CRU-

crucifixam & sepultam catholici tractatores docuerunt: sed tantummodo filium. nec eandem trinitatē in specie columbæ descendisse super Iesum; sed tantum Sp. S. nec dixisse eandem de celo. Tu es filius meus: sed tantum patris vocem fuisse ad filium factam, quanuis pater & filius, & spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter operentur. Hęc & mea fides est, quoniam quidem hęc est catholica fides. Licet ergo solus filius carnem assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum patre & spiritu sancto operatus est. Marc. 1. 6

QVARE TOTAM HVMANAM NATVRAM accepit, Et Quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum sit.

## DISTINCT. II. A

ET quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat, totam assumpsit, id est, animam & carnem, vt totam curaret & sanctificaret. Quod autem humane nature siue humanitatis vocabulo anima & caro intelligi debeant, aperte docet Hieronymus in expositione catholice fidei, dicēs, Sic confitemur in Christo vnam filii esse personā, vt dicamus duas perfectas & integras esse substantias i. deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animam & corpus intelligi: quæ duo assumpsisse Dei filius intelligitur, vbi hominem siue humanitatē vel humanam naturam accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis nō substantiam, sed proprietatem quādam à qua homo nominatur, significari contēdunt, vbi cūq; humanitas Christi memoratur. Ait n. Ioannes Damasc. Sciendum quidem est, quod deitatis & humanitatis nomen substantiarum, scilicet, naturarum: est representarium. Natura enim nō sic accipitur in Chri-

*Hier. ad Da.*

*papā in ex-*

*planatione*

*symboli to.*

*170 4.*

*Lib 3. de Or-*

*thod. fide, c.*

*4. ad prins-*